Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cū duabus solis puellis et
clausit ostia pomerij et dimi
sit puellas. Venitq; ad eam
adolescens. qui erat abscon
ditus et concubuit cū ea. Porro
nos cū essemus ī angulo po
merij videntes iniquitatē cu
currimus ad eos et vidimus
eos pariter cōmisceri. Et illū
quidē nō quivimus cōprehendere.
quia fortior nobis erat. et aperto
ostio exilivit. Hanc autē cū
apprehendissemus interroga
vimus quisnā esset adolescens
et noluit indicare nobis.
Huius rei nos testes sumus.
Credidit eis multitudo quasi
senibus iudicibus ppli. et cō
dempnaverūt eā ad mortē.
Exclamavit autē voce mag
na susanna et dixit. Deus
eterne qui absconditorū es
cognitor qui nosti oīa ante
quā fiant. tu scis quā falsum
cōtra me tulerunt testimōm.
Et ecce morior cum nichil
horū fecerim. que isti malici
ose cōposuerūt adversū me.
Exaudivit autē dñs vocē eius.
Cūq; duceretur ad mortē. susci
tavit dñs spm pueri iunioris
cui nomen daniel. Et excla
mavit voce magna. Mun
dus ego sū a sanguine huius.
Et cōversus oīs ppls ad eū

dixit. Quis est sermo iste quē
tu locutus es. Qui cū staret
in medio eorū ait. Sic fatui
filij isrl' nō iudicantes. neq;
quod verū est cognoscentes. cōdēp
nastis filiam isrl'. Revertimini
ad iudiciū. quia falsū testimōm
locuti sunt adversus eā. Rever
sus est ergo oīs ppls cū festina
cione. et dixit ad eos daniel.
Separate eos ab invicē pro
cul. et diiudicabo eos. Cū er
go divisi essent alter ab altero.
vocavit unū de eis et dixit ad
eū. Inveterate dierū malorū
nūc venerūt pctā tua q̄ opa
baris prius iudicans iudicia
iniusta. innocentes opprimēs
et dimittēs noxios dicente do
mino innocentē et iustū nō
interficies. Nūc ergo si vidi
sti eam dic sub qua arbore vi
deris eos colloquētes sibi. Qui
ait. Sub scino. Dixit autē da
niel. Recte mentitus es in caput
tuū. Ecce enī angelus dñi ac
cepta sentencia ab eo scindet
te medium. Et amoto eo iussit
venire aliū. et dixit ei. Semē
chanaan et nō iuda species de
cepit te. et concupiscencia sub
vertit cor tuū. Sic faciebatis
filiabus isrl'. et ille timentes
loquebant' vobis sed non fi
lia iuda sustinuit iniqtatē